





1575
JOHANNIS STRAUCHI, J. U. Do-
ctoris, & in Academia Jenensi Anteces-
foris

Commentariorum

ad

QUINQVAGINTA
DECISIONES
JUSTINIANI,

DISSERTATIO PRIMA

De

DECISIONIBUS IN
GENERE,

Vt

ad L. si quis. 29. C. de pactis.

Respondente

M. JOHANNES SCHILTERO,
Pegaviensi.

JENÆ

Typis JOHANNIS NISII, ANNO
M. DC. LIIX.

5
17
1658, 17
Jing. 7/
consultissimo
D. PAVLO HORWIGIO,
Factori et Patrono hujus
seine colendo, obsequantibus
fratrum

Jo. eccles. ...
...

Compendium

...

OLIVAGINA

...

...

...

...

...





CAPUT I.

De

Decisionibus quinquaginta.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| 1. Decisionum L. argumentum. | cisiones derogent Pandectis? & formatur status controversie. |
| 2. 3. 4. Numerus & Epocha. | 13. 14. 15. Argumentum pro Negat. Et ad id Exceptio, item q ³ Replicatio. |
| 5. Character. | 16. 17. Negativa praefertur. |
| 6. 7. Discessum à Merrillio. | 18. Ad quos emissa decisiones. |
| 8. An omnes L. extent in Cod. rep. pralect. | 19. L. 23. C. de Nupt. an sit Justiniani. |
| 9. Qua uno die, ad eundem PP. data, pro una habenda. | 20. Johannes PP. |
| 10. Earum catalogus. | 21. Quibus Coss. emissa. |
| 11. In unum volumen redacta fuerunt. | |
| 12. Proponitur questio: An L. De- | |



Um Justinianus Constitutiones Principum anteriorum antea confusas in luculentam erexisset consonantiam, ut loquitur §. 2. Proem. Inst. primo Codice perfecto famosas illas edidit Decisiones, quibus antiquorum Jurorum controversias composuit, seu, ut Tribonianus loquitur §. libertinorum 3. Inst. de libert. antiqui juris altercationes placavit. 20. Quarum quinquaginta fuisse, in Constit. de Emend. Cod. §. 1. ipse Justinianus indicat. Et quia Codex prior editus fuit VII. Eidus Aprileis, Anno æra Dionysia-

A

nyfia-



DISSERTATIO I.

2
 nyfianæ 529, Consule Cæcinna Mauro Decio, *Onuphrius in*
Fast. lib. 3. p. m. 65. in hoc tempore figenda erit Decisionum
 3 istarum epocha. 3. Quare si quæ antè promulgatæ, ut
 ut veterum disceptationes decidant, non erunt tamen ad
 hunc censum referendæ, qualis est *l. ult. C. quando tutor. vel*
cur. esse des. & l. magnam. 12. C. de contrah. & comm. stipul. Hæc
 quia edita VIII. Eidus Aprileis, Decio Coss. Hæc IX. Ei-
 dus easdem, ut ibi legitur, sive ipsis Nonis Aprilibus, præ-
 cesserat aliquot diebus editionem Codicis. Decisiones au-
 tem editæ sunt, cum jam de Pandectis concinnandis cogi-
 4 tare cœpisset Imperator. 4. Prodicunt itaque sub Con-
 sulatu Decii, Lampadii & Orestis, & duobus annis post eo-
 rum Coss. qui sunt annis III. IV. V. VI. Justiniani, æræ Dio-
 nyfianæ DXXIX. & tres sequentes, nempe totum illud spa-
 tium, quo Compilatores Pandectarum confectioni vaca-
 bant, ut videre est ex *constitutione de Confirmatione. c. §. o-*
mnino igitur. 12. Postea, anno nempe VII. Justiniani, ipso III.
 & Paulino Consule, prodierunt Institutiones, in quibus *L.*
 5 *Decisionum* meminit. Quod indicio est, eas jam tum prodi-
 disse, cum Institutiones emanassent, & post has nullam ea-
 rum prodiisse. 5. Quæ verò leges in Codice repetitæ
 prælectionis sint ex numero *L.* harum, non aliunde certius
 esse potest, quàm ex argumento, quod tractant. Hoc chara-
 ctere enim signat eas Imperator, quod controversias pri-
 scorum JCtorum decidant, §. *libertinorum 3. Inst. de Libert.*
 Et convenit circa hoc earum *μάεργα* omnibus ferè In-
 6 terpp. 6. Quod verò censet Merillius, quâ lege jus an-
 tiquum abrogetur, vel superfluum coarctetur, vel differen-
 tiæ tollantur, eam non esse infra hunc numerum, per o-
 mnia recipiendum nobis non est. Nam si propterea vel ab-
 roga

rogatum, coarctatumve jus, vel sublatae differentiae sunt, quia inter priscos Consultos variis disputationibus & opinionibus distraherentur, non video, quare non accensenda ea his sit constitutio. Praesertim cum *Agrippinus* Justinianus differentiam Dediticiorum decisione sua expulisse affirmat *d. §. 3. Inst. de libert.* 7. Sed & quod idem dubitat, an omnes illae constitutiones, quae controversias quidem antiquas, sed eas decidant, quae circa totum aliquod genus materiae juridicae versantur, in classem quinquagenarum sint referendae, in eo quoque nimium & quasi ad vivum eas refecare videtur. Nam ut non potest existere controversia nisi ex dubio, ita, ubi id quod dubium erat, vel supplendo, vel removendo vel quovis modo fit planum, decisionem esse, non negarim, multoque minus familia hac removendas censuerim, quas circa totum certi argumenti juridici genus versari dixi. sufficit, quod circa hoc argumentum, veteres Consulti disceptarunt. 8. Ceterum an eadem omnes, nec plures, nec pauciores nostro Codici insertae fuerint, non facile quis demonstrabit. Nam ipse Justinianus fatetur, *Const. de emend. Cod. §. 2.* se quasdam emendas se, quasdam partitum esse in plures, ut competentibus titulis supponeret, quo facto, unam in plures abiisse necesse est. Sed poterant & in novo Codice quaedam omitti, quarum non amplius opus, jure per novas constitutiones plane immutato. 9. Sanè calculum ita ponendum putem, ut quae leges diversis sub rubricis uno die, ad eundem Praefectum Praetorio emissa leguntur, etsi diversi sunt argumenti, pro una singulari habeantur. Nec enim verisimile unam die ad eundem plura numero rescripta decisoria fuisse emissa. Nec posset dicere aliàs Justinianus, se quasdam parti-

tum esse, quas sub diversis titulis poneret, nisi diversi fuissent argumenti. 10. Sit ergò hic earum catalogus;

Ann Justin. V. P. C. Lamp. & Or. A.C. 531.	1. <i>L. si quis. 29. de pactis.</i>	Kal. Sept. Joh. PP. L. ult. qui & adv. quos in int. L. ult. de temp. in int. L. ult. de auct. præst. L. ult. comm. de leg. L. un. de sent. de eo quod inter.
A. J. IV. Lamp. & Or. Coll. 530. * A. J. V. P. C. Lamp. & Or. 531.	2. <i>L. ult. de Neg. gest.</i> * <i>L. ult. qui & adv. quos.</i> 3. <i>L. ult. ubi & apud quem.</i> * <i>L. ult. de temp. in integr.</i>	XIV. Kal. Decemb. Joh. Kal. Sept. Joh. III. Kal. Sept. Joh. Kal. Sept. Joh. VI. Kal.
A. J. IV. Lamp. Or. Coll. 530.	4. <i>L. pen. de recept. arbit.</i> 5. <i>L. si quis. 34. de inoff. test.</i> * <i>infr. L. 12. de petit. hered.</i> 6. <i>L. 12. de usufr.</i>	III. Kal. Aug. Joh. Kal. Sept. Jul. Kal. Aug. Julian. L. pen. de cond. indeb. L. pen. ad Sc. Vell. L. ult. de contrah. emt. L. 20. de furt. L. ult. de Præt. pign. L. 13. de contrah. stip.
	7. <i>L. 13.</i>	XVIII. Kal. Oct. Jul.
	8. <i>14.</i>	XV. Kal. Oct. Jul.
	9. <i>15.</i>	X. Kal. Oct. Jul.
	10. <i>16.</i>	Kal. Oct. Jul. L. ult. de cond. ind. L. 25 & & 26. de Nupt. L. 21. de furt. L. ult. ad Sc. Orphit. L. 14. de fideicom. lib.
A. J. V. P. C. Lamp. & Or. A. C. 531.	11. <i>L. ult.</i>	XV. Kal. Nov. Joh. L. ult. de reb. cred. l. pen. de restam. L. ult. de pact. in- ter emt. L. ult. de acqu. poss.
	12. <i>L. ult. de serv. & aq.</i> * <i>L. ult. de reb. cred.</i>	II. Kal. Nov. Joh. XV. Kal. Nov. Joh.
A. J. IV. Lamp. & Or. Coll.	* <i>L. pen. de cond. indeb.</i> * <i>L. ult. cod.</i>	Kal. Aug. Kal. Oct.
		P. C.

CAPUT I.

5

A. C. 530.	13. L. ult. per qu. pers. acquir.	XV. Kal. Decemb.	Jul.
		L. antep. de necess. serv. L.	
		23. de legat. L. penult. &	
		ult. de fid. lib. L. ult.	
		comm. serv. man.	
	14. L. ult. ad SC. Maced.	XII. Kal. Aug.	Jul.
	* L. pen. ad SC. Vell.	Kal. Aug.	Jul.
P. C. Lamp. & Or.	15. L. ult. Depositi.		Joh.
	16. L. pen. pro socio.		Joh.
A. I. IV. Lamp. &	17. L. ult. eod.	Kal. Aug.	Jul.
Or. Coff.	* L. ult. de contrab. emf.		
A. I. V. P. C. Lamp.	* L. ult. de pact. inter emf.	XV. Kal. Nov.	Joh.
& Or.			
A. I. IV. Lamp. &	* L. 25. & 26. de Nupt.	Kal. Oct.	Jul.
Or. Coff. 530.			
	18. L. 24. eod.		ad Senat.
	19. L. ult. de dot. promiss.	Kal. Nov.	Joh.
	20. L. ult. de donat. inter.	Kal. Decemb.	Joh.
A. I. V. P. C. Lam-	21. L. ult. arbitr. tutel.	Id. Aug.	Jul.
pad.	* L. ult. de auctor. prast.	Kal. Sept.	Joh.
A. I. IV. Lamp. &	22. L. 6. de curat. fur.	Kal. Sept.	Jul.
Or. Coff. 530.			
	23. L. 7. §. sin. antem §. eod.	L. 9. qui test. fac. poss.	
		L. pen. de adopt. l. ult. de	
		don. mort. can.	
	* L. 20. de furt.	Kal. Aug.	Jul.
	* L. 21. eod.	kal. Oct.	Jul.
	24. L. ult. eod.	XV. kal. Sept.	Joh.
A. I. V. P. C. Lamp.	* L. 9. qui testam. fac. poss.	kal. Sept.	Jul.
A. C. 531.	25. L. 10. eod.	XV. kal. Mart.	Joh.
	* L. 30. de testam.	XV. kal. Nov.	Joh.
	26. L. ult. de her. inst.	III. kal. Aug.	Joh.
		L. ult. de inst. & subst. l. un.	
		de cond. inf.	
	27. L. 7. de inst. & subst.	IX. kal. Aug.	Joh.
	* L. ult. eod.	III. kal. Aug.	Joh.
	28. L. 10. de impub. & al. subst.	VI. kal. Aug.	Joh.
	29. L. 11. eod.	VII. kal. Aug.	Joh.
A. I. IV. Lamp. &	* L. 4. de necessar. serv.	XV. Kal. Decemb.	Jul.
Or. Coff.			
A. I. V. P. C. Lamp.	30. L. 5. eod.	II. kal. Maji	Joh.
& Or. 531.			An.



DISSERTATIO I.

		L. 24. de legat. L. 21. de iur. delib.	
	31. L. ult. eod.	II. kal. Aug.	Ioh.
An. I. IV. Lamp. & Or. Coss. 530.	32. L. pen. de postb. ber.	XV. kal. Decemb.	Ioh.
	33. L. ult. eod.	XII. kal. Decemb.	Ioh.
An. I. V. P. C. Lamp. pad. 531.	34. L. 20. de iur. delib.	Prid. kal. Maji.	Ioh.
	* L. 21. eod.	L. 4. de V. S.	
A. I. VI. P. C. Lamp. & Or. 2. 532.	35. L. ult. de his quib. et indig.	II. kal. Maji.	Ioh.
		XV. kal. Nov.	Ioh.
		L. ult. ad SC. Trebell. I. ult. ad L. Falc. I. ult. de bon. aut iud. I. ult. de remiss. pign.	
Lamp. & Or. Coss. 530.	* L. 23. de legat.	XV. kal. Dec.	Iul.
P. C. Lamp. & Or. 531.	* L. 24. eod.	II. kal. Maji.	Ioh.
	* L. 4. de V. S.	Prid. Kal. Maji.	Ioh.
	36. L. pen. de fideicom.	Prid. Kal. Mar.	Ioh.
	* L. ult. comm. de legat.	Kal. Sept.	Ioh.
P. C. Lamp. & Or. 531.	* L. pen. de condit. insert.	III. Kal. Aug.	Ioh.
A. I. VI. P. C. Lamp. & Or. anno 2.	37. L. ult. de condit. insert.	Prid. Kal. Maji	Ioh.
Lamp. & Or. Coss. 530.	38. L. pen. ad SC. Treb.	X. Kal. Novemb.	Iul.
P. C. Lamp. & Or. a. 2.	* L. ult. ad SC. Treb.	XV. Kal. Nov.	Ioh.
	* L. ult. ad L. Falcid.	XV. Kal. Nov.	Ioh.
A. I. III. Decio Coss. 529.	39. L. pen. ad SC. Orfit.	XV. Kal. Oct.	Demosth.
Lamp. & Or. Coss. 530.	* L. ult. eod.	Kal. Oct.	Iul.
	40. L. ult. de testam. manum.		Ioh.
Lamp. & Or. Coss. 530.	* L. 14. de fideic. libert.	Kal. Oct.	Iul.
	* L. pen. & ult. eod.	XV. Kal. Decemb.	Iul.
	41. L. un. de dedit. libert.		Iul.
Lamp. & Or. Coss. 530.	42. L. 1. de comm. serv. man.	Kal. April.	Iul.
			Lamp.



CAPUT I.

Lamp. & Or. Coss.	* L. ult. de comm. serv. man.	XV. Kal. Dec.	Iul.
	43. L. un. de nudo jur. Quir.		Iul.
P. C. Lamp. & Or.	* L. ult. de acqu. & ret. poss.	XV. Kal. Nov.	Ioh.
531.			
	44. L. ult. de praescript. long. temp.		Ioh.
Lamp. & Or. Coss.	45. L. 1. de annal. except.	XV. Kal. April.	Iul.
530.			
P. C. Lamp. & Or.	* L. un. de sent. qua pro eo quod.	Kal. Sept.	Ioh.
	46. L. n. t. qui bonis ced.		Ioh.
P. C. Lamp. an. 2.	* L. ult. de bon. aut. jud. poss.	XV. Kal. Nov.	Ioh.
	47. L. un. de nov. op. munc.	XII. Kal. Nov.	Ioh.
Lamp. & Or. Coss.	* L. ult. de Prator. pign.	Kal. Aug.	Iul.
530.			
P. C. Lamp. ann. 2.	* L. ult. de remiss. pign.	XV. Kal. Nov.	
Lamp. & Or. Coss.	* L. 13. de contrab. stipul.	Kal. Aug.	Iul.
P. C. Lamp. & Or.	48. L. 14. eod.	Kal. Nov.	Ioh.
531.			
Coss. Lamp. & Or.	49. L. ult. de Novat.	II. Kal. Aug.	Senat.
530.			
	* L. pen. de adopt.	Kal. Sept.	Iul.
	* L. ult. de mort. cau. don.	Kal. Sept.	Iul.
	50. L. 21. de agricol. & cens.		Senat.

11. Decisiones olim etsi diversis temporibus editæ, tamen in unum volumen redactæ. *l. un. §. his ita 10. ver. in his. C. de cad. toll.* ubi Decisiones suas allegat, intelligens *l. 20. C. de jur. delib.* similiter & in *§. qua de fullone. 15. Inst. de oblig. qua ex del.* innuens *l. ult. C. de furt.* unde colligere est, eas non separatim, sed cum aliis junctas existisse. 12. Proximimum nunc est, ut videamus, an Juri Pandectarum aut Codicis posterioris derogent. Quæstio, inquam, est, an derogent. Diversissimæ enim sunt quæstiones, an lex legi contrarietur, & an ei deroget, ut mirer, ad negandum, quòd in Jure Justiniano detur antinomia, aliquos hoc argumento usos, quòd admissis antinomiis, necesse sit, Pandectas & Codicem invicem corrigi, quasi idem sit contra-

riam



DISSERTATIO I.

7. 8 *Contrariari vel contradicere, & corrigere, derogare.* Quæ enim
 contrarietas esse potest inter corrigentem legem & corre-
 ctam? Cum si corrigantur in ea parte, quâ absque correctio-
 ne contrarietas futura erat, correctio vel emendatio pro-
 pterea fiat, ut in partibus per correctionem exæquatis con-
 cilientur? Deinde derogare legi est, ex omnium Latinè intel-
 ligentium sententia, & Iurorum expositione, cum pars legis
 detrahitur *l. 102. de V. S.* At verò quæ contrarietas est, ubi
 unum tantum positum, alterum sublatum vel detractum
 est, quod fit per derogationem. Quando ergo quærimus,
 an legi à lege derogetur, hoc volumus, an positâ lege alterâ,
 altera antiquetur, & vis legis ei adimatur, adeò, ut solius hi-
 storicæ cognitionis gratiâ in libris juris supersit, uti factum
 cum *L. Fusiâ*, cum successibus, quæ fiebant per bo-
 norum venditionem, & *SC. Claudiano*, & aliis. 13. Qui negant
 13 *L. Decisiones Pandectis vel Codici derogare*, hâc ratione
 utuntur, quod Decisiones priores fuerint Pandectis & Codi-
 ce repetitæ prælectionis. Jus autem prius non derogare posteri-
 ori, sed posterius priori. 14. Sed fuit, qui contra exciperet, di-
 14 stinguendum esse inter leges promulgatas & compositas *arg.*
§. quorum utramque. 1. Inst. proæm. quod promulgamus no-
 stras, componimus alienas. Quâ ratione, si compositionem
 spectes, verum esse, quod Pandectæ sint posteriores le-
 gibus Codicis; quod verò ad auctores & originem eorum,
 quæ in illis continentur, attinet, non item. Edictum enim
 perpetuum, & commentaria ad illud, & in univèrsum,
 Iurorum veterum scripta, unde Pandectæ collectæ, longè
 antiquiora esse quinquaginta Decisionibus. Quare quod
 in *l. ult. ff. de Constit. Princ.* dicatur, posteriora derogare
 prioribus, illud non de voluminibus juris nostri accipi o-
 15 portere, sed de nunc primum promulgatis. 15. Sed quàm
 insub-

CAPUT I.

in subtiliter hæc ita replicentur, nemo non videt. Non enim
 quaritur de illo jure veteri, quod erat antequam colligere-
 tur à compilatoribus, sibi que relicto; cui, si Tribonianus
 manum admoveere jussus non fuisset, utique derogassent 50.
 Decisiones. At nunc quum quæstio est de eo, ut à Tribon-
 niano & sociis interpolatum, & prout non ex veterum suo-
 rum auctorum auctoritate; sed ipsius Justiniani valet, om-
 nia sua facientis, omninò Decisionibus posterius est. 16. 16
 Sanè si credimus Decemviros mandato Justiniani paruisse,
 non licebit dubitare, num lex abrogata in ejus volumini-
 bus posita inveniatur. Ait enim: Supradictis viris per-
 misisse, Constitutiones superfluas, vel posterioribus san-
 ctionibus evacuatas, vel si quæ similes vel contrariæ inveni-
 rentur, circumducere, & à proprii Codicis congregatione
 separare. *Const. cordi nobis.* Qua de re vide disputantem Gi-
 phanium *præfatione Codici suo præmissa.* 17. Certè quia 17
 ejusmodi derogationibus admissis refugium patet socor-
 dia, vel ignorantia, cum ad quamvis cujusvis legis difficul-
 tatem ea prætexi possit, fugiendum est. Cito ignobile istud
 præsidium, cum jubeat Imperator subtili animo diversita-
 tis rationes excutere. *l. 2. §. contrarium. 15. C. de V. J. E.* 18. 18
 Emissæ sunt Decisiones ad præfectos Prætorio, Demosthe-
 nem, Julianum, Johannem. Ille & Justino jam olim Impe-
 ratore eadem dignitate fungebatur, sub Consulatu Justi-
 niani & Valerii Anno Æræ Christianæ 521. ut docet *l. 8. C.*
qui test. fac. poss. 19. Eodem tempore latam esse & *l. 23. 19*
C. de Nupt. Alemannus conjicit, ex arcana Procopii histo-
 ria, ideoque eam non Justiniani, ut inscriptio præfert, sed
 Justiniani esse. Ait Procopius, Justinum adactum fuisse à Justi-
 niano, ut antiquaret legem, quâ viris Senatoribus uxorem

B

duce-



ducere meretricem non licet. Talis sanctio autem continetur *d. l. 23.* quam non solum ideò Alemannus Justinii esse suspicatur: sed & quod in antiquis MStis libris, ut & Vaticanis, illi constitutioni quatuor hæc literæ præfixæ: JUST. quibus nomen suum Justinus Senior notasse scribitur eidem Procopio. Junge *Grot. flor. spars. ad d. l. Imperialis. C. de Nupt.* Quorum virorum conjecturam non est, cur scrupulosè nimis repudiem. Quod si maximè Justiniani hæc constitutio fuerit, non tamen conficiet inde aliquis, Justinum nihil ejusmodi constituisse, nisi fidem *ἀvendό-
20 των* planè elevandam censebit. 20. Johannes, cognomento Dacnas, ut *Agathias* scribit *lib. 3.* natione Cappadox, quem artium liberalium & disciplinæ omnis rudem, adeò ut nil nisi literas, & has valdè malè scribere didicerit, *Procop. lib. 1. de Bell. Pers.* depingit. Appellat eum *Ex quaestore palatii, Consularem atque Patricium* Justinianus, *const. de N. C. F.* Fuit & Præfectus Prætorio. Hinc in constitutionibus ad eum emissis inscriptio: *Ἰωάννη τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπαρχῶ τῶν Πραιποριῶν τῷ β' ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατεριῶν.* Τὸ β', significat τὸ δὲ πρῶτον, nec puto sollicitandam lectionem, quod facit Alemannus *not. p. 6.* augendi enim tituli gratiâ denuo
21 Exconsule salutatur, etsi nunquam ante fuerat. 21. Tempus, quo prodierunt, designant Consules in occidente Decius, de quo supra, Postumius Lampadius, & Fl. Orestes. Illius mentio est in vetusta inscriptione Neapol.

POSTUMUS LAMPADIUS

V. C. CONS. CURAVIT.

Orestis verò Patricii & Viri Consularis meminit Procopius *de Bell. Goth. lib. 3.*

CA-

Proponitur *L. si quis 29. C. de pactis.*

Verba Legis:

L. 29. Imp. Justinianus A. Joanni PP.

SI quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit, non usurum fori praescriptione, propter Cingulum militia sua, vel dignitatis, vel etiam Sacerdotii praerogativam; licet antea dubitabatur: Si oporteret eandem scripturam tenere, & eum qui hoc pactus est, non debere adversus suam conventionem venire, vel licentiam ei praestare, discedere quidem ab scriptura; suo autem jure uti. Sancimus, nemini licere adversus pacta sua venire, & contrahentes decipere. Si enim & ipso Praetoris Edicto pacta conventa, quae neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnimodo observanda sunt: quare & in hac causa pacta non valeant? cum alia sit regula juris antiqui, omnes licentiam habere, his, quae pro se introducta sunt, renunciare. Omnes itaque Judices nostri hoc in litibus observent, & hujusmodi observatio & ad pedaneos judices, & ad compromissarios, & arbitros electos perveniat: Scituri, quod si neglexerint, etiam litem suam facere intelligantur. Dat. Kal. Septembr. Constantinop. post Consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

SUMMARIA.

- | | |
|-------------------------------------|--------------------------------------|
| 1. Decisio ex <i>L. prima.</i> | 4. Confessio quid. |
| 2. Controversia quae decisa. | 5. 6. Praescriptio in jure. |
| 3. Negotium de quo queritur, quale. | 7. Praescriptionis Formula. |
| | 8. Ejus exempla à Polluce proposita. |
| | B 2 9. Ex- |

9. Exceptio rei iudicatae.
 10. Exceptio transactionis.
 11. Exceptio elapsi temporis.
 12. Exceptio inepti libelli. Locus
 Pollucis integritati restituitur.
 13. Εισαγγελία quid. Pollucis inter-
 pres notatur.
 14. Actio ipsa etiam εισαγγελία di-
 citur.
 15. Quorum criminum fuerit ea.
 16. Ἀγγελία ἀδίκηματα quenam?
 17. 18. Heraldus & Salmastius consen-
 sio.
 19. Extraordinariis criminibus, si-
 milia.
 20. Cur ἄγγελία dicta.
 22. Ὁδὸς ἄγγελια, Exceptio & Præ-
 scriptio differunt.
 23. 24. Forum competit iure vel
 communi vel singulari. Ad u-
 trum pertineat præsens decisio.
 25. Cinguli præscriptio.
 26. Militum duo genera. Utriusque
 proprius iudex.
 28. Clerici Sacerdotes dicti.
 29. Tempore Justin. durante sacra
 gentilia.
 30. Sacerdotia Syriarchie, Alytar-
 chie, quid.
 31. 32. Sacerdotes habebant ius lu-
 dos faciendi.
 33. Pancirollus notatur.
 34. Emendatio l. i. C. de off. Com.
 Or.
 35. Pontifex Nl. an lacos edide-
 rit.
 36. Lex præsens agit de clericis.
 37. Sacerdotii prærogativa.
 38. Sacerdotes an habuerint iu-
 risdictionem & imperium.
 39. Sacerdotii prærogativa an o-
 mnem clerum comprehendat?
 Et de clericorum gradibus.

1. PRIMAM, quæ in Codice occurrit, Decisionem hanc esse
 opinamur. Data est Kal. Septembr. post Coss. Lampa-
 dii & Orestis, eodem die, quo l. ult. qui & adv. quos. l. ult. de
 temp in int. gr. l. ult. de auctor. prest. l. ult. commun. de leg. l. un.
 de sent. qua pro eo quod int. 2. Decidit autem Veterum
 dubitationem, an si quis præscriptione seu exceptione fori
 declinatoriâ se non usurum in instrumento confessus fue-
 rit, adversus confessionem venire possit: sive; an renunciatio
 privilegio fori confessione in instrumento facta, sit servanda.
 3. Ait Imperator: Si quis in conscribendo instrumento confes-

sus

sus fuerit: Multum interest, itane loquatur Imperator, an: *Si in contrahendo convenerit, si pactus sit.* Hoc enim modo intelligi deberet pactum contractui adjectum: Illo, quo Imp. utitur, non item. Instrumentum enim conventioni jam existenti supervenit. Si quis ergo dum instrumentum scriberetur, confessus fuerit, is in contrahendo, antea mentionem renunciationis non fecerat, adeoque non erat pactus. Ait: *Confessus fuerit*: Confessionem pro pacto accipiunt Dd. vel certe pro eo, quod vim pacti habeat. Vide Barzol. ad l. *tale pactum §. qui provocavit ff. de pact.* Ideoque improprie accipi vult Franc. Curtius ad hanc l. *si quis. nu. 1. Ludov. Gozadinus ibidem n. 1.* Sed recte & proprie, ex usu Latinitatis loquitur Imperator: Confessionem enim accipiendam ait Fabius *Declam. 314.* qualemcunque contra se pronunciationem. Confer Paulum l. *1. ff. de Confess.* Quare cum in conscribendo instrumento quis confitetur, se fori praescriptione non usurum, hoc ipso adversus se pronunciat. Non dicit Imperator: *Si quis in conscribendo instrumento confitetur, hoc actum esse,* ut fori praescriptione non utatur: Sic enim in instrumento se referret ad pactum praecedens aliquod; quo casu, etsi revera ita contrahentes pacti non sint, tamen dubium non est, quin teneatur confessus, quia fides instrumentis habenda, donec contrarium probetur l. *in exercendis. 15. C. de fid. instrum. §. item verborum. 12. & §. si scriptum. 17. Inst. de inut. stip. §. ult. Inst. de fidejuss.* Sed loquitur Imperator de eo, qui in conscribendo instrumento nunc primum confitetur, & promittit. Hoc enim dubium valde, an vim pacti habeat, cum non sit duorum placitum, sed unius confessio §. Ait Imperator: §. *Non usurum fori praescriptione.* Praescriptionem, vel exceptionem



DISSERTATIO I.

h. ad p. 2. Inf.
p. qro multum
idem A.

14 nem esse ipsam, vel ejus speciem qualemcunque, ferè omni-
um consensus est. Græcis eodem significatu *ᾠδραγραφῆ*.
Glossarium vetus Græco-Lat. Cyrilli: *ᾠδραγραφῆ*, *exceptio*,
præscriptio. Glossæ nomicæ Labbæi: *Ἡραεσκεπίονες, ᾠδραγρα-*
φᾶι περὶ γεγραμμένων, ἢ τοὶ περὶ ἀγωγῆς ἐξεταζομένων, ὡς δηλοῖ ἡ ᾠδρα-
γραφῆ τῶ α. τίτλος τῶ να. βιβ. τῶν βασιλικῶν. Unde apparet,
6 præscriptionem ejusmodi exceptionem propriè esse, quæ
ante actionem examinabatur. 6. Clarius Julius Pol-
lux lib. 8. c. 6. *ᾠδραγραφῆ δ' ἦν, ὅταν τις μὴ εἰσαγωγίμον εἶναι λέ-*
γῆ τὸ δίκον, quasi dicas, præscriptionem id esse, cum actio
7 *dicitur non esse introducibilis.* 7. Apparet *ᾠδραγρα-*
φῆς opponendæ hanc formulam fuisse: *τὸ δίκον μὴ εἰσαγω-*
γίμον εἶναι, ex Demosthene, ἐν τῷ κατὰ Σεφάνου ψευδομαρτυ-
ρίῳ α. ibi: *καὶ πρῶτον μὲν παρεγράψατο τὸ δίκον ΜΗ ΕΙΣΑΓΩ-*
ΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ. Et paulò post: *ΤΗΝ ΓΑΡ ΔΙΚΗΝ παρεγράψα-*
8 *το Φορμίων πρὸς μὲ ΜΗ ΕΙΣΑΓΩΓΙΜΟΝ ΕΙΝΑΙ.* 8. Ad-
dit exempla Pollux: *ἢ ὡς κεκελευθῆ, ἢ ὡς ἀφαιμῆ, ἢ ὡς τῶν*
χρόνων ἐξηκόντων, veluti jam judicatus, vel liberatus, vel tempo-
9 *ribus elapsis.* 9. Nempe significat exceptionem rei ju-
dicatæ. Hinc Suidas: *ᾠδραγραφῆ, ὅταν λέγῃ τις τὸ πρᾶγμα,*
πρὸς τὸ ἐγκλημὰ εἶναι, ὅπερ εἰσέχη πρῶτον εἰς δικαστήριον καὶ γε-
γρήται πρὸς αὐτὸ γνώσι, καὶ ἀπὸ τῶ φησι, μὴ δεῖ ἐπὶ πρὸς αὐτὸ συ-
ῖσασθαι κείον. Id est: Παρεγραφῆ est, quando quis dicit, negoti-
10 *um, de quo agitur, ante in judicium fuisse deductum, & super eo*
cognitum, & propterea excipit, non oportere iterum de eo judi-
11 *cium constitui.* 10. Altera exceptio Polluci est, *ἢ ὡς ἀ-*
φαιμῆ. Quæ de erat lex quædam Attica, quam laudat De-
mosthenes πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπίθην. Præscriptio hæc
11 erat exceptio transactionis, vel pacti remissorii. 11. Ter-
tium apud Pollucem τῆς *ᾠδραγραφῆς* exemplum est, *ἢ ὡς τῶν*

286.



ἔξοντων ἐξηκόντων, ἐν οἷς ἔδδ κρινεῖσθαι, quæ erat exceptio elapsi
 temporis, intra quod agi licebat, præscriptionis, quam lex
 Solonis introduxit, ut ex eodem Demosthene ἐν τῷ ὑπὲρ
 Φορμίων. 12. Pergit Pollux, aliamque ἀναγραφὴν 12
 exhibet: οἷον σὺν εἰσαγγελίας, ἀλλὰ ἀναγόμενων, ἢ δημοσίου, ἀλλὰ
 ἰδίου. Mutilum hunc esse locum viri docti jamdudum mo-
 nuerunt. Videtur hoc, vel simile excidisse, ἢ ὡς περὶ ὧν σὺν
 εἰσαγωγῆς, οἷον σὺν εἰσαγγελίας &c. id est, si quis, ut oportet
 non egerit. Vide Demosthenem περὶ πανταίν. p. m. 992. Bu-
 daum *Comm. Græc. ling.* p. m. 62. n. 20. 13. Εἰσαγγελία 13
 delatio est, Hesychio, ἐμφαισμός, μήνυσις. Perperam Pollu-
 cis interpres citationem vertit. Glossæ: εἰσαγγελεύς, delator.
 à qua quorundam criminum δίκην Athenis ordiri oportebat.
 14. Ab hoc velut iudicii exordio, negotium ipsum 14
 εἰσαγγελία appellabatur, teste Harpocratiōne Isæi auctorita-
 tem allegante. Hoc est, quod Ulpianus Rhetor, Demosthe-
 nis Scholiastes ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτη. fol. 814. ut & Harpocrati-
 on & Suidas εἰσαγγελίαν interpretabantur ἔνομα δίκης. 15 15
 Quorum verò criminum εἰσαγγελία fuerit, Harpocratiōne
 docet: Ἐπὶ μὲν δημοσίοις ἀδικήμασι μέγιστοι, καὶ ἀναβολῶ μὴ
 ἴπιδεχομένοις, καὶ ἐφ' οἷς μήτε ἀρχὴ κατέστηκε, μήτε νόμοι κείνται τοῖς
 ἀρχαῖσι, καὶ εἰς εἰσαγγελίαν, ἀλλὰ περὶ τῶν βασιλῶν, ἢ τὸν δῆμον ἢ
 πρώτη κατὰ τὰς εἰσαγγελίας ἐστὶ, καὶ ἐφ' οἷς τῶ μὲν φάσονται εἰς ἀλλῶ, μέγισται
 ζημίαι ἴπικεῖνται. Et Suidas: Εἰσαγγελία κυρίως, ἢ περὶ κεινῶν καὶ
 δημοσίων ἀδικημάτων εἰσαγωγὴ δίκη. 16. Addit Pollux, 16
 Isangeliam constitutam fuisse, ἴπὶ τῶν ἀναγραφῶν δημοσίων ἀδι-
 κημάτων. Ubi quid velit nomine ἀναγραφῶν *Desid. Heraldō*
 Icto doctissimo cum *Salmasio* fuit contentio. 17. Sal- 17
 masius ἀναγραφα exponit de his, quæ Latinis Rhetoribus *in-*
scripta maleficia, cum *Turneb. X. Advers. 6.* de quibus lex non
 esset

esset scripta, auctoritate *Hesychii & Suida*, cui ἀγραφα ἀδική-
ματα, πρὸς ὧν νόμοι εἰς γράμματα.

18. Quæ descriptio verò non accipienda de criminibus, quorum nulla mentio in legibus scriptis, seu quæ scriptis legibus non comprehensa: sed de quorum persecutione in iudicio nulla lex extet: Quod patet evidenter ex *Harpocracione*: Dicit enim, ἐφ' οἷς μήτε νόμοι κείνται πρὸς ἀρχαί, καὶ εἰς εἰσαίξου, ut rectè Heraldus *animadv. lib. 3. c. 7. num. 6.*

19. Similes in hoc Extraordinariis in Foro Rom. criminibus, quibus ordo & forma agendi non erat. *Vid. Duaren. ad tit. de Extraord.*

20. *crim.* 20. Quamvis autem verum sit, si angeliam eorum criminum fuisse, quibus forma persequendi in iudicio legibus data non fuit, non putem tamen inde ἀδικήματα ἀγραφα dicta, sed quod non γραφῆ seu libello, sed viva voce delatoris ad populum vel βουλῶν introducerentur. Cæte-

21. Ut ad præscriptionem revertamur, apparet ex usu τῆς ἀγραφῆς Græcorum, & exemplis à Polluce prolatis, præscriptionem illam propriè exceptionem intelligendam, quâ litis, ut nostri forenses loquuntur, ingressus impeditur, ut sunt peremptoriæ, & fori declinatoriæ.

*a non omnes, sed
litis finita s. p.
Declinatoria
sed etiã alia
veluti quod ante
ar. Vid. Bach.
cum ex Uly. Græ.
Demosth. gh. Midia*

22. Quamvis verò postea à Jctis Græco-Romanis ἀγραφῆ in genere de omni exceptione usurpata fuerit, ut non solum ex Theophili paraphrasi *Instit. de Except.* sed & Basilicis, videre est βιβ. νά, TIT. α. Sed & Latinis Jctis exceptio in genere de quavis rei allegatione accipiatur, non tamen contra iisdem tam generaliter præscriptionem pro omni exceptione usurpatam temerè ut opinor, leges, sed de his, quæ actionem ipsam, ne in iudicium deduceretur, impediabant, ut est rei iudicatæ l. 11. l. 23. ff. de except. l. 12. §. 2. de inoff. test. Moratoria l. 2. C. de prec. Imp. off.

off. præscriptio temporis ut *l. contra. 16. C. de inoff. T. fori ut l. 13. C. de procur. transactionis l. 9. pr. ff. de transact. de majore parte hereditatis alibi sita l. 50. §. 1. de Judic.* Latinis Rhetoribus translario est. *Cic. 2. Rhetor.* Nostrâ consuetudine multis de causis fit, ut rarius incidant *translationes*. Nam & prætoriiis exceptionibus multæ excluduntur actiones. & ita jus civile habemus constitutum, ut causa cadat is, qui non, quemadmodum oportet, egerit. *Quintil. lib. 3. c. 3.* Neque ignoro, multa *transferri*, cum in omnibus ferè causis, in quibus cecidisse quis formulâ dicitur, hæ sint quæstiones, *an huic, an cum hoc, an hac lege, an hoc tempore, licet agere.* Et *Curius Fortunatianus* hanc *μετέλευσιν* seu translationem disertè præscriptionem nuncupat. *lib. 1.* Signatè itaque & propriè in nostro textu Justinianus declinatoriam fori, præscriptionem appellat, ne cum *Dd.* putes perinde, ut omnis præscriptio etiam exceptio rectè dicitur, ita vice versâ omni exceptioni præscriptionis nomen convenire. 23. Cæ. 23
 rerum de fori præscriptione Imperatori hic est negotium. Tralatitium est, forum quem sortiri jure vel communi vel singulari. Communi, forum facit in actione reali locus rei sitæ, in personali contractus. 24. Singulari forum 24
 suum sibi, ubi convenientur, quinque hominum generibus est. Uni, personis miserabilibus, quod induxit *Constantinus Imp. in l. ux. C. quando Imp. inter pup. & vid.* Alteri, Sacerdotibus, tertio Magistratibus, quarto Studiosis, postremo militibus. Quibus omnibus ita datum forum proprium, ut foro communi tamen non fuerint exempti, secundum Doctorum communem interpretationem. De Militibus, Magistratibus, & Sacerdotibus agitur præsentis decisione. Ergo decisio non pertinet nisi ad forum privilegiale.

C

vile.

vilegiarium quod quis jure singulari accepit. *Franc. Curt. ad h. text. n. 14.* Ubi tamen Dd. excipiunt privilegium fori miserabilibus competens, cui renunciari posse nolunt. *Cynus & Bald. in l. 1. C. Quand. Imp. int. pup.* Rationem, quare foro singulari possit, non possit ordinario renunciari prosequitur *Anton. in c. 1. Ext. de Judic.* Hinc infert *Barcol.* si quis in instrumento certam quantitatem promiserit, soluturus Romæ, Venetiis vel quocunque locorum fuerit conventus, non valere conventionem, quia foro ordinario renunciat, pactoque privatorum nova jurisdictio dari non possit, nec vetus prorogari, nisi litem contestando. Tum verò valituram, si verba ita concepta sint, ut solutionis promissionem arguant. Quo enim loco solvere quis promisit, eo & contraxisse censetur. *l. contraxisse. ff. de O. & A.* A quâ tamen Dd. communi traditione non in subtilibus rationibus discessum facit subtilis Raphael *ad h. l. & ad l. si conveneris. de Jurisd.* 25. Ait Imperator: Propter cingulum militiæ suæ vel dignitatis. De Cingulo, insigni militari pariter ac dignitatis argumento plus satis apud eruditos. *V. Briss. 2. select. antiq. 7. Pancirol. thes. var. lect. 1, 11.* Ergò milites propter cingulum, revocandi ad judicem proprium jus habent. *l. magisteria. C. de Jurisd. l. si postea 7. C. de Judic.* Unde & cinguli præscriptio hoc eorum jus appellatur, *l. ult. C. de* 26 *Apparit. mag. mil. libr. 12.* 26. Milites autem duum erant generum, castrenses & palatini, illorum proprius Judex Magister militum. Horum Præfectus Prætorio, vel Magister officiorum. Magistrum Militum à Constantino institutum Zosimus auctor est, translata à Præfecto Prætorio in eum potestate militum armatorum, in causis non nisi criminalibus. Postea Valentinianus, Gratianus & Theodo-

fius

sius etiam Civilium cognitionem adjecerunt, *l. 1. C. de off. mag. mil. l. certijuris. C. de judic.* Competebat hoc forum solis militibus, vel actore pagano, milite reo, *l. magisteria 6. C. de jurisd. om. jud.* 27. Ait Imperator: Vel etiam 27 Sacerdotii prærogativam. At qualis Sacerdotii? Paganici, an Christiani? 28. Nam & Christianorum Presbyte- 28 ros sacerdotes dictos facile probatu est. *Vide l. 18. 23. 33. §. 3. C. de Ep. & Cler. l. 34. §. 4. & 5. C. de Episc. aud. l. 29. §. 1. C. de Nupt. Symm. 10. Epist. 71. 72. 74. edit. Par.* 29. Nec 29 tempore Justiniani gentiliū sacerdotia desierant. Inde de sacerdotio Syriarchiæ, Alytarchiæ, Phoeniciarchiæ & aliis extant leges. *Ut l. sing. C. de off. Com. Ori. l. 1. C. de Natur. lib. l. sing. C. de peric. succ. par.* 30. Erant hæc sacerdo- 30 tia provinciarum. *l. 17. de mun. & hon. l. 6. de Vac. mun.* quæ qui adepti erant, ludos edebant in honorem Deorum, cum sumtu patrimonii, quâ ratione Sacerdotium muneribus patrimonialibus accensebatur. *l. antep. C. de Mun. Patr.* Et in Basilicis *ἱεροσωὴ* exponitur, *τὸ Ἰπιπλεῖν τὰ κωνηγία.* 31. 31 Quare solorum non fuit Magistratuum, ludos facere. Tertullianus *lib. de spectac. c. 11.* Transit hoc genus editionis, ait, ab honoribus mortuorum ad honores viventium, *Quæstores dico, & magistratus, & flamines & sacerdotes.* Et paulò post: *Ne talia spectes, ut talibus exsultes, quis Tibi Prator, aut Consul, aut Sacerdos, aut Quæstor de suâ liberalitate præstabit?* 32. Ut taceã 32 *l. 1. C. Th. de Spectac. l. 145. l. 178. C. eod. de Decur.* quæ de Sacerdotiorum editionibus loquuntur. Confer *Juret. not. ad 4. Symm. 62. God. fr. in l. 8. de vac. mun. Pancirol. not. Imp. Ori. c. 69.* 33. Qui tamen lectori imponit, de Lyciarchâ 33 Strabonem citans quasi dicat, *Lyciarchus non amplius imperat, sed sacerdotio fungens ludis publicis præst.* Nuspiam enim hæc

hæc verba apud Strabonem comparent. Imò mendum
 34 *l. sing. C. de off. Com. Or.* Lyciarchiam præferentis, & recipi-
 endum veterum Codicum lectionem esse, quam Cujacius
 2. O. 13. restituit, *Alytarchiam* videtur. Fuit autem Alytar-
 cha Sacerdos Antiochiæ. *Vide Cujac. d. lo. Buleng. de Imp.*
 35 *Rom. c. 69.* 35. Et quidni ergò Pontifex M. jus ludos
 edendi habuerit? Cum nec vetus inscriptio alium sensum
 ferat, apud *Gruterum. fol. 431. 5.* Ad rem. De Christianis
 36 Sacerdotibus loqui Imperatorem patet. Cum eadem lex
 isthæc, & totidem verbis supra, locum legis quinquagesimæ
 primæ occupet, titulo, *de Episcop. & Clericis*, sub quo paga-
 37 norum nulla ratio. Ait Imperator: *Sacerdotii prærogati-
 vam.* De prærogativâ veteris Romæ ex Sigonii & Grucchii
 disputationibus constat. Hic simpliciter pro præstantiâ &
 38 præcipuâ quadam conditione accipitur. Quæ, an olim in
 solâ existimatione, prælatione, & honore Sacerdotû ethni-
 corum constiterit sine imperio & potestate, ut *Sigonius*
 alicubi, necne, commodiore occasione demonstrabimus.
 Nunc hoc agamus. Agimus de sacerdotio Christianorum.
 39 Quod verò sacerdotium illud est? An in genere Cleri-
 catus? An propriè Episcopi, Archidiaconi, Archipresbyte-
 ri & Presbyteri ordo? Notum enim est, quod Clerici vel in
 Sacerdotio, ut Episcopi & Presbyteri, vel in sacris constitu-
 ti, ut Diaconi & Subdiaconi, vel neutro jure habeantur,
 quorum isti sunt, qui primam tonsuram tulerunt *c. cum
 contingat. 11. ubi Gl. & Dd. de etat. & qual.* Psalmistæ, Ostia-
 rii, Lectores, Exorcistæ, Acoluthi. Sed comprehendit hæc
 appellatio omnem clerum, Ex quo proprium forum; &
 propterea præscriptio, si ad aliud traherentur, da-
 ri coepit.

CAPUT III.

Rationes dubitandi proponuntur.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Proponitur <i>Qu.</i> An Foro Compet. renunciari liceat? | <i>Ratio cumulativè data.</i> |
| 2. Renunciationis in genere obiectum quod? | 10. L. si convenerit. ff. de Jurisd. |
| 3. Regula: His, qua pro se introducta sunt, cuilibet renunciare licet. | 11. Confessio jus alteri non confert. |
| 4. An pro habentibus præscriptionem fori solis sit introductum, ut habeant Magistratum peculiarem. | 12. Clerici an potestati civili sub sint? |
| 5. Proponuntur rationes dubit. Fori Competentia est potius Magistratus. | 13. Rationes dubit. |
| 6. Jurisdictio est communis dicens cui dicitur. | 14. Locus 1. Cor. 6. adducitur. |
| 7. Judex incompetens non nisi involentem habet Jurisdictionem. | 15. Canones Conciliorum. |
| 8. 9. An judici singulari jurisdi- | 18. Forum Eccles. ab initio Ecclesie fuit. |
| | 19. Ei renunciari non potuit. |
| | 20. Jurisdictionis Eccles. vocabula. |
| | 21. Imp. non dederunt Clericis privilegium fori, sed jus eorum tantum confirmarunt. |
| | 22. Licet nonnulli idem & coarctarint. |
| | 24. 25. Cap. 12. X. de for. comp. |

1. **H**is itaque, quibus forum singulare datum est, utrum renunciantibus ei, nihilominus contra conventionem propriam venire, & præscriptione ejusce fori uti liceat, dubitatum ait Imperator: Videbimus ergo an foro competenti renunciare liceat? Hoc enim constituto, & renunciatione validâ, præscriptionem contra conventionem renuncian-

2. tis oppositam esse invalidam suâ sequitur sponte. 2. Itaque cum ejus tantum sit nolle, qui potest & velle & repudiare nemo queat, quod habere non possit, *l. 13. l. 174. §. 1. de R. J.* quia privatio eorum sit, qui per naturam habitus sunt capaces, in genere renunciationis objectum statuendum est facultas moralis ad aliquid agendum. Facultas, inquam. Pertinet enim renunctio ad futura, & quod in adquisitis alienatio, id in acquirendis renunctio est.
3. Cui convenienter dicit Imperator, regulam esse veterem, *omnes licentiam habere, his, quæ pro se introducta sunt renunctiare*, h. textu, *l. 41. de minor.* Invito enim non datur beneficium. Signatè autem dicitur, quæ pro se introducta. Quia pactum alterius alteri neque nocet, neque prodest, *l. si unus. 27. §. ante omnia. ff. de pact.* Ideoque nec renunctari potest iis, quæ pro Rep. introducta *l. Imperator. 37. cum l. seq. ff. de pact. l. 35. §. 1. de R. J. l. 5. de pact. dot. l. 1. §. 9. de Magist. conven.*
4. Quando itaque dubitatur, an v. g. miles foro suo renunctiare possit, ante omnia convenire oportet de eo, an militis favori data sit legibus publicis facultas, ut invitus è foro suo trahi nequeat? Seu, an pro milite, eoque solo introductum, ut habeat magistratum peculiarem? Quo de multa faciunt, ut dubites?
5. Nam ut quis magistratui alieni obnoxius sit, à jure omnino publico, & summa potestate est in quavis Rep. Magistratum enim nemo constituit, nisi qui cum summo est imperio. Itaque cum Magistratus aliquis creatur, hoc ipso jurisdictio ei confertur, adeoque acquirit potestatem dicendi juris & coercendi, sibi propriam, etiam in invitos suæ jurisdictioni obnoxios. Ergo juris publici est fori competentia, non privati: Et magistratus quàm subditi potius. Quare cum non privatorum
arbi-

arbitrio, sed publicâ potestate non pro milite, vel sacerdo-
 te, vel quovis alio cingulo introductum sit forum singula-
 re, sed pro jus dicente, nec ipsius privati, certè non solius
 gratiâ, ideò renunciatio valere non videtur. Et quorsum
 tot judicia illa pœnalia, quibus Magistratus Jurisdictionem
 suam tuetur, si licet nudo pacto eam declinare? 6. Nam 6
 præterea & de hoc inter Dd. convenit, si jus vel beneficium
 commune sit cum alio, siquidem individuum, non valere,
 ne quidem pro parte renunciantis, renunciationem, per *l.*
de die 14. l. Attilicinus. 17. ff. de pact. dot. l. quos prohibet. de
postul. l. filius. §. similes. ff. de procur. Cyn. in l. presente. C. h. t.
Giphan. tr. de renunc. Jam autem Jurisdictionem non posse
 nisi communem esse, & tam ad jus dicentem, quàm cui di-
 citur, pertinere, exploratum est. Quare aut talis renuncia-
 tio omnino non tenet, & non est cur præscriptio fori oppo-
 ni non possit, aut si fortè renunciatio subsistit, tamen vo-
 luntatem hoc casu mutari posse Africanus in *l. 18. ff. de Ju-*
risd. disertè affirmat. Quod fieri non posset, si renunciatio
 esset de jure renunciantis. Nemo enim voluntatem suam
 in alterius injuriam mutare potest. *l. 75. de R. J.* 7. De- 7
 nique hæc certa ratio est, quod Judex incompetens, si quam
 omnino habeat, non possit habere jurisdictionem, nisi in-
 volentem, *l. si quis filio. §. quid si quis. ff. de inj. rupt. irr.*
 Volens autem intelligitur, non qui voluit, sed qui vult eo
 tempore, quo exercetur primus actus jurisdictionis. *A. Fab.*
Ration. ad l. 18. de jurisd. Ergò si tum vult, tenebit præscri-
 ptio. 8. Nec objiciat mihi quis jurisdictionem cumu- 8
 lativè singulari Magistratui datam, adeoque integrum effe-
 litiganti, vel ad Judicem ordinarium, vel ad singularem ire.
 9. Nam non solum Zosimus auctor est, Constantinum, Ma- 9
 gistris

gistris militum institutis, Præfecti Prætorio potestati detra-
 xisse: Παρείλετο καὶ πύτης τὰς ὑπάρχουσας τῆς αὐθεντίας, ait. Sed
 & Valentin. Gratianus, ac Theodosius in *l. 1. C. de off. mag.
 mil.* expressè militares viros à Præfecturæ Prætorio potesta-
 te eximunt. Quod secuti mox Honorius & Theodosius Ju-
 nior *l. 2. de off. mag. mil.* Ergo electio adeundi vel ordinari-
 10 um vel singularem Magistratum adempta fuit subdito: 10.
 Accedit *l. si conveneris. ff. de Jurisd.* ubi traditur, neminem
 cogitare conventioni, quâ alienum Prætorem adiri con-
 venit. Quæ conventio aperta fori renunciatio est: Qui e-
 nim ad alium judicem promittit sequi, sine dubio id pactus
 est, ne ad suum revocet. Aut si maximè facultatem habeat
 foro singulari renunciandi, non minus tamen facultas pœ-
 nitendi ei concedenda est, usque ad litis contestationem,
 per *d. l. 18. ff. h.* Et hæc quæ ita sunt, multò adhuc fortius
 obstabunt, si quis ne pacto quidem, sed nudâ confessione
 promissit, se fori præscriptione non usurum. De quo dubio
 propriè hîc agi supra *c. 2. n. 4.* opinati sumus. Eiusmodi
 enim confessio jus alteri non confert, sed est solius offeren-
 tis promissio, ad quam implendam ne naturali quidem jure
 tenemur. per *l. 3. pr. ff. de pollicit.* Quo minus autem hoc
 dubitatum apud Veteres fuerit, ei non obstat, quod Impe-
 rator in præsentî lege, hunc confitentem *pactum esse*, &
 confessionem *conventionem* appellat. Utitur enim Impe-
 rator his verbis per quandam anticipationem, ex suâ men-
 te mox decisuri, hanc confessionem pro pacto esse debere:
 Dubium autem signatè erat, an scriptura hæc (ita enim for-
 mat Imperator quæstionis statum) teneat in vim pacti vel
 11 conventionis. 11. Et hæctenus in genere de his, qui pecu-
 12 liare forum nacti sunt. 12. De Clericis autem sigillatim
 agen-

agendum. Loquitur enim Imper. in hoc textu de iis perinde, ac si potestati civili ordinaria subessent, si foro singulari uti nollent. 13. Sed constat, jam olim Ecclesiâ infante, Apostolum Corinthiis exprobrasse, quod litigarent sub infidelibus, & paterentur ab iis jus sibi dici, cum ipsi & mundum & angelos olim sint judicaturi. 1. Cor. 6. Vult itaque Apostolus, ut iudices sibi fideles ipsi constituent. 14. 14. Nec est, quod arbitros hos meros fuisse excipias, cum publicâ Apostoli auctoritate, consensu & electione totius multitudinis constituendi essent, obligatis Apostoli præcepto singulis Christianis, eos ut adirent, prohibitisque ad tribunalia gentilium accedere. Et ut Apostolus ibi de vero iudice loquitur, quem adire verat, ita etiâ oportet, de vero iudice, non arbitro, loqui, quem adire præcipit. Insuper Christianos mundum cum ait judicaturos, certè de iudicio loquitur non arbitrarium, sed quod fit cum imperio & jurisdictione futurum. Judicabunt enim Christiani mundum & Angelos apostatas cum Christo, quem ceu merum arbitrum judicaturum esse, absurdum. 15. Fertur etiam 15 canon Apostolorum LXXIII. ubi Episcopus ab Episcopis iudicari iubetur: Ἐπίσκοπον κατηγορηθέν τε Ἰππίτιν ὡς ἀξιοπίστων ἀνθρώπων, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ Ἐπισκόπων. 16. 16. Et canon 12. Synodi Carthaginensis: Ἐπισκόπος κατηγορημένος εἰ δυσχερὲς εἴη τῷ πᾶσι συνόδον συλεθῆναι, δώδεκα γέντιο ὑπόθεσιν ἐξετάσασθαι Ἰπίσκοποι. Πρεσβυτέρους ἧ ἕξ. Διακόνους ἧ, τρεῖς. 17. Postea A. C. 451. in Concilio Chalcedonen- 17 si œcumenico IV. canone IX. qui est in Codice canonum Ecclesiæ universæ à Justiniano nostro in Novell. 131. confirmato, canon 187. decretum his verbis: εἰ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχῃ, μὴ ἐγκαταλιμπανέτω τὸν οἰκῆον Ἐπίσκοπον, καὶ Ἰππί κροσμικὰ δικαστήρια κατὰ τρεχέτω, ἀλλὰ πρὸς πρὸν τῷ ὑπόθεσιν

D

γυμνα-

γινναζέτω ὡς τῶ ἰδίῳ Ἐπισκόπῳ, ἢ γὰρ γνώμη αὐτῶ τῆ Ἐπισκόπου
 παρ οἷς ἀν τὰ ἀμφότερα μέρη βάλωνται τὰ τῆς δίκης συγχετίτω.

18. Εἰ δέ τις ὡς τὰ πάντα πείσῃ, κανονικῶς Ἰπλιμίοις ὑποκείτω. 18.
 Habuisse itaque inde ab initio Ecclesiæ videntur suum fo-
 rum, ex communi Apostolorum constitutione apud Cle-
 mentem, epistolâ primâ in Synodo Romanâ apud Sylve-
 19 strum, 19. Cui non licuit absque permisso Episcopi re-
 20 nunciare; ut definit Marcellinus *Pap. in Epist. 2.* 20. Quæ
 potestas juris dicendi sive nomine audientia Episcopalis,
 sive κείσεως Ἐπισκοπικῆς *can. 107. Synodi Carthagin.* aut τῆ ἐκ-
 κλησιαστικῆς δικαστηρίῳ, eadem, *can. 15. & can. placuit. 11. caus. 11.*
q. 1. vel βήματ ὁ ἀκροάσεως, ut loquitur Balsamon in Photi-
 um, veniat, sive fori Episcopalis, aut quocunque alio, non
 21 interest. 21. Quare quod Imperatores Christiani con-
 stituerunt, ut Clerici non debeant conveniri, nisi coram
 suo Episcopo, id non videtur beneficium vel privilegium
 Imperatorum, sed juris Ecclesiæ, quod dudum fuit, agnitio,
 22 confessio, declaratio, confirmatio. 22. Quod si verò
 ex ipsis Christianis Principibus hoc Clericorum forum co-
 arctasse quosdam legitur, id injuriâ temporum factum, &
 ab Ecclesia oppressa æquo animo perlatum interpretari li-
 23 cebit. 23. His ita munitis, concludere oportet, cleri-
 cum foro suo renunciare non posse, cum sit juris divini
 prohibitio, ne coram alio, quàm οἰκείῳ τῆς πίστεως causam a-
 gat. Vel si id inconsultâ præcipitantiâ vel incogitantia fe-
 cerit, pœnitendi facultatem ei non esse ademptam. Non e-
 nim privilegio quodam fori præscriptionem adquisivisse,
 sed exempti planè foro civili, vel potius nunquam ei suppo-
 24 siti fuisse videntur. 24. Quare non immeritò Inno-
 centius III. *in cap. 12. X. de for. comp.* Archiepiscopum Pifa-
 num

num severè castigat, quod licere Clerico saltem in temporalibus causis iudicem laicum adire opinatus fuerit, additâ ratione, quòd hoc non sit personale clericorum beneficium, cui renunciari possit, sed potiùs toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum, cui pacto privatorum derogari non possit. 25. Quam rationem etsi Cujacius *Comm.* 25 *ad d. cap. 12.* anquisitè & ferè *δὲ ὑπομνημάτων ἐξ ἐπιπέδου*, tamen si forum seculare clericis planè incompetens est, & prohibitum, rectè argumentatur Innocentius, pacto privatorum licitum non fieri, quod prohibitum sit publicè.

CAPUT IV. De ratione decidendi.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| 1. Rationes decidendi Justiniani due. | causis necessariò ad ipsum spectantibus. |
| 2. Confessio non est pactum, sed habet vim pacti. | 9. Diff. pactum: Ne actori liceat agere coram iudice proprio. Et: Ne quis conventus alibi ad eum provocet. |
| 3. Renunciatio fori non est contra LL. | 10. In posteriori horum penitentiæ locus non est. |
| 4. Forum singulare favore singulorum introductum est. | 11. Explicatur L. 18. D. de iurisd. |
| 5. Renunciatione privatorum jurisdictionis non desinit esse juris publici. | 12. Diff. pactum de adeundo forum alienum; & Fori declinatorium. |
| 6. Renunciatio nil subtrahit Magistratui suo singulari. | 13. Differ. inter Renunciare, prorogare, & promittere solutionem certo loco. |
| 7. Quando Magistratus ius cognoscendi accipiat. | 14. Volens quis intelligatur. |
| 8. Subditi Magistratus jurisdictioni se subducere nequeunt, in | 15. Imp. detraxerunt iudici ordinem. |

- dinario, sed eum adire non venterunt.
16. 17. Nec Apostolus Clericis interdixit comparere coram infideli, vocatis.
18. 19. Forum seculare ab initio non fuit incompetens clericis reis.
20. 21. Idem de actore demonstratur contra Bellarm.
22. 23. Apostolus de arbitris loquitur.
24. Sancti quales mundi iudices futuri.
25. Apostolus de omnibus Christianis loquitur.
26. Canones de Foro Eccl. valuerunt ex compa. & cur.
27. Epistola Clem. & Marcellini supposititia.
28. Proprium clericorum Forum ex privilegio Imp.
29. 30. Imp. ea de re Constituciones aliquot.
31. Querela de temporum injuria, arguitur.
32. Privilegium fori ordini quomodo datum.
33. Renunciatus non detrahit juri publico.
34. Canones ab Innoc. III. pro se allegati, explicantur.
35. Alie Interpretum rationes pro Innocentio.
36. Clerici à Magistratu seculari exempti beneficio Imp.
37. Ipsi non prescriptio, sed exceptio nullitatis competit.
38. An renunciantem certionari oporteat?
39. Certionatio juris competentis quibus necessaria.

1. **I**mperator noster negat poenitere licere confessio se fori præscriptione non usurum. Rationes decidendi duas adfert; Et quod ipso Prætoris edicto pacta conventa, quæ neque contra leges; neque dolo malo inita sunt, omnimodò sint servanda: Et quia omnes licentiam habeant his, quæ pro se introducta sunt, renunciare. 2. Ergò hæc confessio est pactum? Non sanè propriè. Non enim confessio est plurium conventio, sed confitentis contra se pronuntiatio, quâ quodammodo suâ sententia damnatur *l. 1. ff. de Confess.* sed quia ejusmodi confessio est, quâ fit renunciatio; renunciatio autem unius consensu fieri potest, *Dd. ad l.*

ad l. 1. & 4. C. de pact. Quia renunciatio etiam fit altero
 ignorante, & invito interdum, ut cum renunciatur amici-
 tia, societas, sponsalia, vel absente, sed tacite consentiente,
 & alterius renunciationem ratam habente, utpote factam
 in absentis utilitatem, l. 4. ff. de pact. idcò in vim pacti va-
 let, & pro tacite pacto habetur d. l. 4. Giphon. de renunc. p. m.
 16. Pro pacto ergo est Imperatori. 3. Licitone autem 3.
 an illicito? Numquid igitur renunciare prescriptioni fori
 non est contra leges? Sanè contra leges foret, si quis hoc a-
 geret, ut nullo modo neque agendo, neque conveniendo
 forum Magistratus sui agnosceret, in quem pœnalia illa ju-
 dicia jure merito expeterent. Ut verò quis judicem singu-
 larem habens, conveniatur nihilominus in loco contra-
 ctus, tantum abest, contra leges ut sit, ut hoc ipsum maximè
 proprium omnium sit contrahentium forum. Quare ut
 in hoc foro conveniatur, maximè secundum leges est. 4. 4.
 Nec dubitandum forum istud singulare favore singulorum
 introductum. Quis enim neget, pro contrahentibus singu-
 lariter introductum, ut, cum contrahendo in loco contra-
 ctus forum jure communi sortiantur, personæ tamen con-
 ditione ad Magistratum proprium jus revocandi habeant.
 5. Nec ad rem facit, quod Magistratum capere, & jurisdic- 5
 tionem habere, sit juris publici, id est, publicâ auctoritate
 conferatur. Non enim desinunt esse talia, ut ut privati foro
 renuncient. 6. Qui enim foro renunciat, non utique 6
 hoc agit, ne Magistratus is sit, qui publicâ auctoritate est,
 aut jurisdictionem in se competere negat: Sed actum ta-
 lem celebrat, qui sub istam jurisdictionem non cadit. Dum
 enim contractum celebrat, juris communis dispositione
 Magistratui loci contractus fit obnoxius, nec prius ad suum

D. 3

super



super hoc negotio singularemque Magistratum cognitio
 pertinet, quam si excipiendo ad hoc forum provocet con-
 7 trahens. 7. Nihil ergo subtrahit singulari Magistra-
 tui, quippe qui jus cognoscendi ante habere non potest,
 quam ad se rem deferre contrahens reus volet. Deferre au-
 tem vel non deferre, res arbitrii est. Ergo pro contrahente
 8 introductum. 8. Nec movet, quod qui novam pote-
 statem acquirit jus dicendi, ejus interfit, ut hanc potesta-
 tem, eidem subjecti, subeant, nec se ei subducere possint.
 Adeoque vel ejus solius maximè, vel certè ejus & subdito-
 rum pariter gratiâ fori competentiam introductam videri.
 Utique non possunt subditi se subducere potestati publicæ,
 in causis, quæ directò & necessariò ad hujus Magistratûs po-
 9 testatem spectant. 9. Quemadmodum differunt o-
 mninò conventio, ne actori liceat agere coram Rei iudice
 proprio, & ne quis conventus alibi ad hunc provocet. Prius
 pactum detrahit jurisdictioni Magistratûs proprii, posteri-
 us, Rei conventi duntaxat favori, agnoscit enim forum esse
 competens, & se ibi conveniri oportere. In gratiam tamen
 actoris, declinatoriâ se non usurum promittit. Quare re-
 10 nunciatio ista non detrahit foro competenti. 10. Te-
 net ergo renunciatio, nec in hoc casu poenitentia locus re-
 linqui potest. Ubi enim res non amplius integra, ut hîc, u-
 bi jus in foro communi efficaciter agendi in creditorem
 11 pacto translatum, ibi poenitentia penitus excluditur. 11.
 Nec fatigat *l. 18. D. de jurisd.* ad quam cum veterum, tum re-
 centiorum variæ extant explicationes. Planissimus & sim-
 12 plicissimus sensus est: 12. Proponitur tale pactum,
 ex quo contra eum, qui voluntatem mutavit adeundi alie-
 ni fori, neque actio, neque replicatio nascitur. Non actio,
 quip-

quippe ex pacto nudo. Et quia non actio, ideò nec exceptio. Non enim datur exceptio, nisi contra actionem. Nec prorogatio locum habere potest absque usu & patientiâ. Quo fit, ut voluntatem mutans, compelli non possit, ejusmodi conventioni stare. Secus est de pacto fori renunciatorio, ex quo pacto utique in foro communi agenti nascitur contra declinatoriam fori replicatio. 13. Hinc eleganter Bal. 13. *ad l. nostr.* Tria ait esse omnino diversa, renunciare, prorogare, promittere solutionem certo loco. Prius statim valere, quia qui renunciat, agit de jurisdictione validandâ, quæ jurisdictione erat in habitu, sed poterat declinari: Sed hæc declinatoria removetur renunciatione: Ubi verò jurisdictione prorogatur, ibi extenditur & habitus & actus, & excedit suos terminos naturales. Meritò ergo requiritur litis contestatio ad hoc, ut locum non habeat pœnitentia, quia lis contestata, est terminus declinatoriarum. Cum autem quis alicubi promittit solvere, ibi videtur contrahere, quia finalis effectus conventionis eò confertur, & ideò non potest contra contractum venire. Locus enim solutionis est pars contractus, sicut dies. *hæc Baldus.* 14. Quod autem *A. Fab.* volentem non intelligi disputat, nisi velit eo tempore, quo exercetur primus actus jurisdictionis, id bene se habet, secundum propositam Fabri materiam, circa *d. l. 18.* Quia jus paciscenti non antè quæritur, quàm eo tempore, quo exercetur primus actus jurisdictionis: At in nostro argumento, statim pacto perfecto jus nascitur creditori quæsitum, secundum quod ei remittitur necessitas debitorem in suo foro conveniendi. 15. Denique nec Constantinus, neque reliqui Imperatores veterunt, coram ordinario iudice comparere. Detraxit utique Constantinus

Præ-

Præfeto Prætorio & sic satis, quod volentibus jus revocandi ad magistrum militibus dedit, abs quo fuisset, necessariò judicem adire ordinarium oportuisset. Et ita accipiendus

16 Zosimus & Impp. *suprà cap. proximo n. 9.* 16. Nunc de Clericis agendum. Quos Ecclesia Romana ita alienos à foro civili existimat, ut nec prorogatione nec renuncia-

17 tione facultatem ibi standi nancisci statuatur. 17. Et quamvis fateatur Bellarminus, non præjudicasse Apostolum per illam Judicium Christianorum constitutionem jurisdictioni & imperio Principum infidelium, quoniam non jubeat Christianis, ut non compareant coram giudice infideli, si vocentur, sed tantum præcipiat, ut sponte non

18 accedant. 18. Censet tamen potuisse nihilominus eximere Christianos à subjectione Principum infidelium, si id utile vel necessarium judicasset, & vires ad perficiendum habuisset. *de potest. sum. Pont. in temp. cap. 21.* 19.

19 Quod concedit Cardinalis, accipimus, & onere responsionis liberamur. Jam ergo cadit illa incompetencia, & repugnantia, quæ est inter conditionem clericalem & forum civile, & conceditur, quod ab initio Ecclesiæ Clerici potestati seculari subiecti fuerint, ut vocati ad tribunal civile, comparere necesse fuerit. Reo ergo licuit forum civile sequi.

20 20. Quid verò de actore? Ait Bellarminus: *Obligabantur, qui causas civiles habebant ad istos adire, & prohibebantur ad tribunaia gentilium accedere. Non ergò erant meri arbitri.*

21 21. At hæc obligatio non erat coactionis, sed perfectionis. Deinde obligatio eundi ad arbitros quoque esse potest. Denique non interest, arbitri à singulis, an à multitudine seu societate constituentur. 22. Quod verò Apostolus

22 de verò Magistratu fidelium probato sit intelligendus, quia
de ve-

de vero Magistratu infideli reprobato loquatur, nulla collectionis necessitas urget. Et ut leges Imp. infidelium permittunt nolentibus ire ad Prætores, ad arbitrum venire, nec tamen sequitur; Lex jubet reprobantem Prætores adire arbitros, ergò arbitri sunt veri magistratus: Ita non sequitur: Apostolus dissuadet fidelibus magistratum infideliem: Ergò quem suadet fidelem, est magistratus verus. 23. 23

Quod olim cum Christo iudicaturi sint mundum sancti, non arguit Apostolum sentire de iudice in causis civilibus fidelium jurisdictionem & imperium habente. Arguetur Apostolus à majori: Si olim veri iudices futuri estis, cur non in præsens arbitramini? 24. Sed nec iudicabunt mundum sancti, eâ ratione, eâque potestate, quâ Christus. Is solus verus erit iudex, cum imperio & jurisdictione; Non ita sancti. *Vide Chrysostomum in hunc locum Apostoli.* Sicut ergò Apostolus non tribuit sanctis in extremo iudicio veram jurisdictionem, ita nec Clericis eandem in rebus temporalibus. 25. Denique tota hæc Apostoli commonefactio non ad solos Clericos pertinet, qui non sunt, nisi pars fidelium, sed ad universum fidelium cœtum, ex Clericis & Laicis constantem. Ut ad eò ex hoc Apostoli præcepto hoc tantum sequatur, in societate fidelium & infidelium melius esse, ut illi habeant suæ religionis iudices. Quod autem Clerici in Rep. Christianâ proprium habere debeant iudicem, id ex Apostolo demonstrari non potest. 26. Porro nec Canones Apostolorum nec Synodorum secularum aliud volunt, quàm quod Apostolus, valuerunt velut ex pacto, & propterea, ne, ut loquitur *can. 5. Synodi II. in epitomâ canonum Harmenopuli, tit. 5.* Imperatori, aut mundanis Magistratibus molesti essent. 27. De 27.

E

Epi.

Epistolâ Clementis & Marcellini non est, ut moneamus,
 28 supposititias esse. *Vide Blondelli Pseudo-Isidorum.* 28.

Quare cum probari non possit clericos ab initio Ecclesiæ
 exemptos fuisse Jurisdictioni seculari, imò contrarium con-
 cessum sit, omninò verum esse sequitur ut proprium forum
 29 consecuti fuerint Principum indulgentiâ. 29. Et re-

perimus in jure nostro primum à Leone & Anthemio
 constitutum, ut Clerici CPolitani non possint conveniri,
 nisi coram Episcopo vel Præfesto Prætorio. *l. omnes. 33. §. 1.*

30 *C. de Episc. & Cler.* 30. Justinianus autem in *l. sancti-*
mus. 29. C. de Episc. Audient. constituit in univèrsam, ut Cle-
 ricus coram Episcopo conveniatur, vel si hic suspectus, a-
 pud Metropolitanum, vel apud Synodum, à cujus sententiâ
 appellabitur ad Patriarcham. Denique jure Novellarum

N. 79. distinguitur inter causas civiles singularum persona-
 rum religiosarum proprias, interque causas Ecclesiasticas
 & criminales. In causis primi generis statuitur de clericis.

Nov. 83. ut neque in causa civili, neque delicto Ecclesiasti-
 co conveniantur apud Judicem civilem: sed apud Episco-
 pum. Tandem *Nov. 127.* vetat Episcopum ad Judicem sin-

gularem vocari, sine speciali jussu Principis, *§. 1. ut cleri-*
 ci in causa civili conveniantur coram Episcopo, cujus sen-
 tentia si alterutri parti displicuerit, intra X. dies appelletur

ad Judicem ordinarium. In criminalibus verò prius judice-
 tur ab Episcopo, reoque convicto, ab eodem degradetur, &
 inde à judice seculari puniatur. In causa verò Ecclesiastica

31 tantum Episcopus judicet. 31. Non ergo habent, cur
 conquerantur Clerici de temporum injuria, quasi potestas

32 ipsis propria quædam imminuta fuisset. 32. Multò
 minus rationis eis suppetebat, quo renunciatione fori pro-
 prii

prii clericis interdicerent. Utique privilegium fori datum fuit non individuo huic aut illi, sed ipsi ordini, non tamen ut universo, sed ut singulis. 33. Quâ ratione solidè disputat Cujacius, clericum, jurisdictioni alienæ se subjicientem, de jure suo proprio detrahere, non de jure publico, non secus ac quivis alius, qui se subicit jurisdictioni judicis non sui. *l. 1. & 2. de judic.* 34. Et abutitur Innocentius III. canonibus Synodorum Toletanæ & Carthaginensis, qui vetant sanè clericum à clerico ad forum seculare trahi; sed non vetant, si aliter conventum sit, vel contrahendo forum judicis, aliàs non sui, clericus sortiatur. 35. Quamvis verò alii, & inter hos Michaël de Luna *lib. antin. juris Can. antin. 3.* Pontificem Innocentium aliis rationibus tueantur, tamen & his parum proficitur. 36. Hoc verum est, beneficio Imperatorum clericos non solum propriam jurisdictionem, sed & à seculari magistratu omnimodam exemptionem impetrasse. 37. Non itaque præscriptione defenduntur, quæ ei competit, qui aliquo casu jurisdictionem judicis alieni agnoscit, sed exceptione nullitatis, quâ generaliter allegant, nullam esse in eos secularium cognitionem. Quâ ratione etiam facilius renunciatio irrita esse defenditur. 38. Ut verò renunciatio fori firma sit ac valida, renunciantem certiorari volunt Dd. *Hostiens. in summ. de fidejuss. Job. Andr. in Nov. & cæteri post eum in c. quamvis de pact. in 6.* Quibus assentiendum non omninò puto. 39. Certioratio enim juris sibi competentis non necessaria est, nisi his, quibus jus ignorare licitum, ut est mulier *l. fin. §. pen. ff. ad SC. Vell. Gloss. & Dd. in l. sciendum ff. de F. O. Bald. h. text.*

De Sanctione legis nostræ.

SUMMARIÆ.

1. Sanctio legis.
 2. Pedanei iudices quomodo aliàs dicti.
 3. A quibus dati.
 4. Quando cœperint.
 5. An Prator cognoverit partibus invitis.
 6. Causa Pratorie cognitionis.
 7. Iudicium Pedaneorum Notio erat de facto & jure certo.
 8. C. Barthius notatur.
 9. L. 4. §. 1. ff. de interr. in jur. fac. explicatur.
 10. Jus, quovis locus, ubi iudicatur.
 11. Lectio d. l. 4. §. 1. recepta defenditur contra Hotom. & Barthium.
 12. Pedaneos eligebant partes.
 13. 14. Rationes dubitandi super eo, quod dicitur: prescriptio nem fori à pedaneo iudice observandum.
 15. Ordo iudiciorum Romæ mutatus.
 16. Pedaneorum cognitio coarctata.
 17. Exolevit.
 18. A Juliano restituta.
 19. Leo Pedaneorum loco dicarum instituit.
 20. Justinianus istorum loco XII. Iudices omnibus foris communes.
 21. Qui Pedanei h. l.
 22. Coram delegato Exceptio declinatoria opponi potest.
 23. Compromissarii. Compromissum.
 24. Dubitandi ratio de eo, quod à Compromissario prescriptio fori observanda dicitur.
 25. Compromittendum non est de articulo juris.
 26. Dubio satisfit.
 27. Litem suam facere, quid.
 28. Si dolo malè iudicatur.
 29. Si per imprudentiam.
1. **D**ecisam quæstionem sequitur sanctio, nimirum ut iudex declinatoriam fori post renunciationem admittens, litem faciat suam. 2. Ait Imperator: *Hujusmodi observatio & ad pedaneos iudices perveniat. De pedaneis res protrita. Dicebantur iudices dati l. 3. de jurisd. l. 12. l. 46. l. pen. de judic. tit. C. qui pro suâ jurisd. jud. dare. Delegati l. 5. C. de judic. Speciales l. ult. ff. de off. prator. Additi vide Scip. Gent. 2. de jurisd. 1. Cognitores dati l. un. C. qui pro suâ jurisd. arbitri etiam, & Recuperatores. Græcis χαμαί*

μαρτυρίας Nov. 60. c. 2. Theoph. pr. Instit. de Interd. quod non in
tribunalibus, aut sellis curulibus, sed subselliis confidērent. Gell.
14. N. A. 2. Scip. Gent. 2. de jurisd. 8. Cujac. par. C. de pedan. judic. 3.
 Dabantur à Magistratu, Romæ, cum non soleret ipse de omnib9
 causis cognoscere & judicare. 4. Quo tempore verò Magistra-
 tus cœperint dare iudices, non liquet. Certè ex quo semel rece-
 ptum, ita obtinuit, ut diceretur ordinarii juris, & Prætor extra
 ordinem id facere, sicubi ipse cognoscebat. 5. Quod verò qui-
 dam contendunt, Prætorem cognoscere ne volentibus quidem
 partibus potuisse, magis est, ut non credamus. *Vide Donell. 17.*
Comm. 21. Vult. 1. discept. schol. 1. p. 10. Scip. Gent. 1. Jurisd. 28. 6. Ni-
 hilominus manserunt causæ quædam cognitionis Prætoris, ut
 persecutiones fideicommissorum *l. pecuniæ. 178. §. pen. de V. S. sa-*
lariorum l. 1. de var. & extra. cogn. nec non Restitutionis minorum
ex causa ætatis. 7. Iudices ita dati notionem habere diceban-
 tur, id est cognitionem, de facto de que jure certo. Cum enim ju-
 dicem Prætor dabat, nudam simplicemque veritatis, quæ facti est
 & juris certi, inquisitionem commendabat. *Vide Revard. Protri-*
bun. c. XI. 8. Itaque cognoscere ipsorum erat proprium, & ne-
 scio quam hallucinationē Caspar Barthius, operis nemini quàm
 auctori suo magis laudati *Advers. 2. c. 5.* Cujacio adfricare cona-
 tur, quod cognitionē causæ pedaneis iudicibus tribuat. Et quid-
 ni verò? *Vide Revard. de præjudic. lib. 1. c. 6.* 9. Sed quia agitur de
 lectione *l. 4. §. 1. ff. de interr. in jur. fac. rem totam proponemus.*
 Docet Ulp. *d. l. 4.* quid sit, interrogari in jure. Respondet: *Apud*
Magistratum P. R. vel Præsides Provinciarum. Constat enim ex *l.*
pen. ff. de just. & jur. quod jus sit locus ubi Prætor jus dicit. Et de
 eo non est dubium: Sed quia interrogationes in jure fieri desie-
 rant *l. 1. §. 1. de Interrog.* Et tantummodo ad probandum litigan-
 tibus proficiebant, nempe in iudicio post litem contestatam, id-
 eò per interpretationem extensivam nomen interrogationum in
 jure, & de interrogatione in iudicio usurpari cœpit. Quà ratio-
 ne addit Ulp. interrogationem in jure etiam accipiendam de ea,
 quæ fiat *apud alios iudices.* Proinde juris nomen, latius accipi, &
 tam de loco, ubi jus dicatur, quàm ubi iudicetur, nec tantum, si



pro tribunali: Sed & si domi vel in itinere jus dicatur vel iudicetur.

10. Latus ergo patet vox juris, hoc significatu, quam Tribunalis, cum Magistratus etiam extra locum tribunalis cognoscens, in iure versari dicatur. *Vid. Revard. pro trib. c. 7.* Quod probate videnter *l. pen. ff. de j. & j.* ubi jus exponitur locus quivis, ubi Prætor salvâ Majestate imperii sui, salvoque more Majorum jus dicere potest. Ergo non solum Tribunal jus vocatur, sed quivis locus alius, etiam de Plano, si positâ sellâ Prætor ibi jus dicat. Imò & locus iudicii, quantum attinet interrogationes ibi faciendas.

11. Et hæc de Cujacio. Inde Barthi9 accedit ad lectionis mutationem, quam Hotomannus tentabat, pro, *vel si domi*, substituens, *non si domi*, & tanquam arbiter honorarius Hotomannum inter & Cujacium, sententiam pro illo pronunciat, ut tamen pro, *vel*, substituatur, *secus*. Cui mutationi non solum omnia exemplaria, & Florentinum ipsum, sed & Græcorum interpretum versio, quam urget Cujacius, repugnat. Quod magnum argumentum incorruptæ lectionis receptæ est, agnosci ab iis, qui temporibus Justiniani proximi. Sic autem *lib. 42. Basilicor. tit. 4. l. 4.* Τὸ πρῶτον γὰρ ἵσταναι τὸ δικαστήριον μόνον, ἐν τῇ χάριτι τῆς δικαιοδοτίας, ἢ διὰ τὴν σπουδὴν ἐν οἴκῳ, ἢ ὁδῷ τὸ γίνεσθαι. p. 735. & addit ibi Cyrillus interpres: Πραξίως τῆς τάξεως, scilicet dummodo domi vel in via præsens sit officium, idque propter *l. 4. C. de sent. & interl. om. jud.* Denique mutationis nulla ratio est, cum & domus jus appellari possit, si more majorum jus dici ibi siverit, ut paulò ante dictum. Sed redimus ad iudices pedaneos.

12. Quos non Prætor, sed partes eligebant. Consensu enim litigantium iudices olim dari solitos *ex l. 23. de appell. constat*, & probat ex aliis auctoribus prolixè *Revard. Pro trib. c. XI.*

13. Quo magis dubites, quid sit, cur Imperator in textu nostro præscriptionem fori etiam à iudice pedaneo observari velit. Si enim post iudicium acceptum non amplius locus fori declinatoriis, si iudex novo consensu litigantium pro tribunali electus, & à Prætoře datus, ita ut liceret eum rejicere, ut patet *ex lib. 1. Epist. 16. ad Attic. & in eâ pro Cn. Plancio, Dion. lib. 40.* ubi de iudicio Planci. Vide *l. apertissimi. 6. C. de iudic. quis dubitet exceptioni adversus eum locum amplius non fore.*

14. Imò

Imò cum forum iudex datus planè nullum habeat, præscriptio
 fori ad eum nullâ tenus pertinere potest. 15. Verum enim verò 15
 sciendum, quod iudiciorum ordo, ut erat Rep. stante, valdè mu-
 taverit posterioribus seculis. 16. Primò enim Pedaneorum co- 16
 gnitio non nisi ad leviores causas, quibus vacare non poterat
 Magistratus, coarctata est, sanctione Diocletiani & Maximiani
l. 4. C. de pedan. judic. 17. Inde usus horum iudiciorum planè 17
 exolevit, præsertim in Provinciis, 18. ut Julianus hanc pote- 18
 statè Præsidibus quasi postliminio ad negotia humiliora disce-
 ptanda restituerit *l. ult. C. eod.* 19. Postea Zeno singulis foris ur- 19
 bis CPolitanae certos iudices dedit, quos *δικαστας* appellat Justi-
 nianus *Nov. 82.* Vetus Versio Novellarum *Judices pedaneos.* ita ut
 certi iudices essent foro Præfecti Prætorio, certi foro Præfecti
 urbi, certi reliquis Magistratibus. 20. Quam formam Justinia- 20
 nus eadem *Nov.* corrigit, ita ut XII. Iudices constitueret, omni-
 bus foris Magistratum communes. 21. Et hi Zenoniani erant 21
 iudices illi pedanei, de quibus lex nostra, quos & legum peritos
 Justinianus voluit. *Vide Desider. Heraldum animadv. contra Salmas.*
lib. 5. c. 14. n. 19. & seqq. Iudices ergò pedanei, quos habebat pro-
 prios, Magistratus privilegiarius, v.g. Magister officiorum, si Ma-
 gistratus cui foro videbant renunciatum esse, causam ne audiant
 cognoscantque, præsentis lege Justinianus sancit. 22. Unde re- 22
 ctè Dd. inferunt, exceptionem declinatoriam, quæ poterat op-
 poni coram ordinario, opponi posse coram delegato ab eo, & vi-
 ce versa. *Paul. de Castro ad b. text. n. 9.* 23. Ait Imperator: *Hujus 23*
modi observatio & ad compromissarios & arbitros electos perveniat.
 Compromissarii intelliguntur arbitri, quorum decisio stipula-
 tione pœnæ munitur. *l. societatem. §. arbitr. ff. pro socio.* Compro-
 missum enim pactum est, quo iudicii causâ aliquem assumimus,
 additâ per stipulationem pœnâ, frejus sententiæ paritum non
 fit. *l. 2. ff. de arbitr.* 24. Sed hic iterum incidit dubium, quomo- 24
 do coram arbitro de renunciatione fori cognosci potuerit. Sive
 enim intelligas Compromissario oppositum fori præscriptionē,
 inepta erit exceptio, cum compromissarius non propter compe-
 tentiam fori, sed compromissum adeatur; ut adeò quæstio non
 fit.

sit, an renunciatio fori compromisso facta teneat, necne: sive arbiter su-
 per hac ipsa quaestione, an renunciatio fori valeat necne, acceptus sit,
 25 frustranea erit cognitio, quæ jure semel, nostrâque lege definita. 25.
 Neque enim de articulo juris compromittendum est. *l. cum proponat.*
6. § ibi. Bald. Salicet. Raphael. C. de reb. cred. Sive super facto com-
 promissum dixeris, an facta fuerit renunciatio; non est, quâ compro-
 missarius litem suam facere possit: Tantum enim cognoscet, an pro-
 batum fuerit, necne, renunciationem fori factam. Factæ autem ejus
 26 quis effectus esse debeat, ad eum non pertinet, adeoq; nec in hoc litem
 suam facere potest. 26. Ego ita explicem, ut ad arbitrum pertineat
 quaestio, an renunciatio valeat. Quæ quaestio verò dupliciter accipi pot-
 est. Vel in thesi, quâ ratione mota est quaestio juris, & jam per Imperato-
 rem decisa, quo sensu ad arbitrum pertinere nequit, ut jam n. 25. dixi.
 Vel in hypothesi, an Titii militis v. g. renunciatio sit valida? quæ mixta
 est quaestio, & arbitrum non magis ad jus, quàm factum renunciantis
 respicere oportet. Hic igitur si circa factum omnia expedita videt, jam
 debet observare præsentem decisionem, & contra renunciantem pro-
 nunciare, quod stare cogatur coram ordinario, quæ etiam ex glossæ
 27 sententiis una est, apprimè Bartolo probata *adh. text. n. 4.* 27. Deni-
 que sequitur sanctio. Ait Imperator: Scituros, quod si neglexerint, etiam
 litem suam facere intelligantur. Litem suam facere *Ἰ Cris Græcis καὶ ὁ*
ἑαυτῶν δίκην ἐγείρειν. Theoph. pr. Inst. de obl. qua quas. ex del. Et Glos-
 sæ verbor. juris Labbæi p. 68. *Ἄπει σέσται, καὶ ὁ ἑαυτῶν δίκην ἤχηρειν.* Ni-
 mirum judex malè judicando litem in se transfert & ex judice fit reus,
 dum scilicet ei, quem sententia suâ læsit, de eo damno respondere, tan-
 28 quam reus, eumque indemnem servare tenetur. 28. Interest autem an
 malè judicetur ex imperitiâ, an dolo. Qui dolo, ex maleficio tenetur, &
 litem ita facit suam, ut veram ejus æstimationem præstare cogatur *l. fili-*
usf. 15. §. 1. de judic. l. ult. C. de pæn. jud. 29. Qui per imprudentiam,
 29 quasi ex maleficio tenetur, & in quantum de ea re æquum religioni ju-
 dicantis videbitur, *pr. Inst. de obl. qua q. ex del.* Egregiè Philosophus
4. Eudemior. 7. εἰ μὲν ἀγνοῶν ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ, κατὰ τὸ νομικὸν δίκαι-
ον, οὐκ ἀδικὸς ἢ κρείσσις ἐστίν. Ἔστι ἢ ὡς ἀδικεῖ, εἰ ἢ γνώσκων ἔκρινεν ἀδί-
κως, πλεονέκτης καὶ αὐτὸς, ἢ χάρμη ἢ τιμωρίας ὡσπερ ἐν κἂν εἴ τις
μερίσσειτο τὰ ἀδικήματα, καὶ ὁ διὰ ταῦτα κείνας ἀδικῶς
πλέον ἔχῃ.

Jena, Diss., 1658

ULB Halle

3

004 518 705



f

5b







B.I.G.

Farbkarte #13

373
JOHANNIS STRAUCHI, J. U. Do-
ctoris, & in Academia Jenensi Anteces-
foris

5
17

Commentariorum

1658, 17

ad
QUINQUAGINTA
DECISIONES
JUSTINIANI,

DISSERTATIO PRIMA

De
DECISIONIBUS IN
GENERE,

Vt
ad L. si quis. 29. C. de pactis.

Respondente
M. JOHANNES SCHILTERO,
Pegaviensi.

JENE
Typis JOHANNIS NISII, ANNO
M. DC. LIX.

Consultissimo
P. PAULO HORWIGIO,
Factori et Patrono
xime colendo, observantia
transmissis